



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/otd.html>

**Sancti Thomae de Aquino
Principium Rigans montes.
Reportatio Petri de Andria**

[Textum Taurini 1954 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Prooemium

Rex caelorum et dominus hanc legem ab aeterno instituit, ut providentiae suae dona ad infima per media pervenirent. Unde Dionysius, quinto capitulo ecclesiasticae hierarchiae dicit: *lex divinitatis sacratissima est, ut per prima media adducantur ad sui divinissimam lucem*. Quae quidem lex, non solum in spiritualibus, sed etiam in corporalibus invenitur. Unde Augustinus III de Trinitate: *quemadmodum igitur crassiora et infirmiora per corpora subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitae rationalem*. Et ideo Psalmo praedictam legem in communicatione spiritualis sapientiae observatam sub metaphora corporalium rerum proposuit dominus: *rigans montes*, et cetera.

Videmus autem ad sensum, a superioribus nubium imbres effluere, quibus montes rigati flumina de se emittunt, quibus terra satiata fecundatur. Similiter, de supernis divinae sapientiae rigantur mentes doctorum, qui per montes significantur, quorum ministerio lumen divinae sapientiae usque ad mentes audientium derivatur. Sic igitur in verbo proposito quattuor possumus considerare, scilicet: spiritualis doctrinae altitudinem; doctorum eius dignitatem; auditorum conditionem; et communicandi ordinem.

**Caput 1
Spiritualis doctrinae altitudinem**

Altitudo ista ostenditur in hoc quod dicit: *de superioribus suis*. Glossa: *de altioribus archanis*. Habet enim sacra doctrina altitudinem ex tribus. Primo, ex origine: haec enim est sapientia quae de sursum esse describitur. Iac. III et Eccli. I: *fons sapientiae verbum Dei in excelsis*. Secundo, ex subtilitate materiae, Eccli. XXIV: *ego in altissimis habitavi*. Sunt enim quaedam alta divinae sapientiae, ad quae omnes perveniunt, etsi imperfecte, quia *cognitio existendi Deum naturaliter omnibus est inserta*, ut dicit Damascenus, et quantum ad hoc dicitur, Iob XXXVI: *omnes homines vident eum unusquisque intuetur procul*.



Quaedam vero sunt altiora, ad quae sola sapientum ingenia pervenerunt, rationis tantum ductu, de quibus, Rom. I: *quod enim notum est Dei, manifestum est in illis*. Quaedam autem sunt altissima, quae omnem humanam rationem transcendunt; et quantum ad hoc dicitur, Iob XXVIII: *abscondita est sapientia ab oculis omnium viventium*; et in Psalmo: *posuit tenebras latibulum suum*.

Sed hoc per spiritum sanctum qui *scrutatur etiam profunda Dei*, I Cor. II, sacri doctores edocti tradiderunt in textu sacrae Scripturae; et ista sunt altissima, in quibus haec sapientia dicitur habitare. Tertio, ex finis sublimitate: finem enim habet altissimum, scilicet vitam aeternam, Ioan. XX: *haec autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei; et ut credentes vitam habeatis in nomine eius*. Col. III: *quae sursum sunt quaerite ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram*.

Caput 2 Doctorum eius dignitatem

Ratione enim altitudinis huius doctrinae et in doctoribus eius requiritur dignitas; unde per montes significantur, cum dicitur: *rigans montes*, et hoc propter tria, scilicet: primo, propter montium altitudinem. Sunt enim a terra elevati et caelo vicini. Sic enim sacri doctores terrena contemnendo solis caelestibus inhiant, Philipp. III: *nostra autem conversatio in caelis est*, unde de ipso doctore doctorum, scilicet Christo, dicitur, Isai. II: *elevabitur super colles et fluent ad eum omnes gentes*.

Secundo, propter splendorem. Primo enim montes radiis illustrantur. Et similiter sacri doctores mentium splendorem primo recipiunt. Sicut montes enim doctores primitus radiis divinae sapientiae illuminantur, Psal.: *illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis turbati sunt omnes insipientes corde*, id est a doctoribus qui sunt in participatione aeternitatis, Philipp. II: *inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*.

Tertio, propter montium munitionem, quia per montes terra ab hostibus defenditur. Ita et doctores Ecclesiae in defensionem fidei debent esse contra errores. Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos. Et ideo quibusdam improperatur, Ezech. XIII: *non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die domini*.

Omnes igitur doctores sacrae Scripturae esse debent alti per vitae eminentiam, ut sint idonei ad efficaciter praedicandum; quia, ut dicit Gregorius in pastoralis: *cuius vita despicitur, necesse est ut eius praedicatio contemnatur*. Eccle. XII: *verba sapientum quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi*. Non enim cor stimulari potest aut configi in timore Dei, nisi in vitae altitudine defigatur.

Debent esse illuminati, ut idonee doceant legendo, Ephes. III: *mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias*



Christi, et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo. Muniti, ut errores confutent disputando, Luc. XXI: ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Et de his tribus officiis, scilicet praedicandi, legendi et disputandi, dicitur, Tit. I: ut sit potens exhortari, quantum ad praedicationem; in doctrina sana, quantum ad lectionem; et contradicentes revincere, quantum ad disputationem.

Caput 3 Auditorum conditionem

Tertio, auditorum conditionem, quae sub terrae similitudine figuratur; unde dicit: *satiabitur terra*. Et hoc quia terra infima est, Prov. XXV: *caelum sursum et terra deorsum*. Item stabilis et firma, Eccle. I: *terra autem in aeternum stat*. Item fecunda, Gen. I: *germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum*. Similiter, debent ad similitudinem terrae esse infimi per humilitatem, Prov. XI: *ubi humilitas, ibi sapientia*. Item, firmi per sensus rectitudinem, Ephes. IV: *ut non sitis parvuli sensibus*. Item fecundi, ut percepta sapientiae verba in eis fructificent, Luc. VIII: *quod autem cecidit in terram bonam hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia*.

Humilitas ergo in eis requiritur quantum ad disciplinam quae est per auditum, Eccli. VI: *si inclinaveris aurem tuam excipies doctrinam; et si dilexeris audire, sapiens eris*. Rectitudo autem sensus, quantum ad iudicium auditorum, Iob XII: *nonne auris verba diiudicat?* Sed fecunditas quantum ad inventionem, per quam ex paucis auditis multa bonus auditor annuntiet, Prov. IX: *da occasionem sapienti, et addetur ei sapientia*.

Caput 4 Communicandi ordinem

Ordo autem generationis tangitur hic quantum ad tria, scilicet, quantum ad communicandi ordinem; et quantum ad quantitatem et qualitatem doni accepti. Primo quantum ad communicandi ordinem: quia non totum quod in divina sapientia continetur, mentes doctorum capere possunt. Unde non dicit: superiora montibus influens, sed: *de superioribus rigans*, Iob XXVI: *ecce haec ex parte dicta sunt*. Similiter etiam, nec totum quod doctores capiunt, auditoribus effundunt, II Cor. XII: *audivit archana verba quae non licet homini loqui*. Unde non dicit: fructum montium terrae tradens, sed: *de fructu terram satians*. Et hoc est quod dicit Gregorius in XVII Moralium exponens illud Iob XXVI: *qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum: praedicare non debet rudibus doctor quanta cognoscit, quia et ipse de divinis mysteriis cognoscere non valet quanta sunt*.



Secundo, tangitur ordo quantum ad modum habendi: quia sapientiam Deus habet per naturam. Unde superiora sua esse dicuntur illi, scilicet naturalia, Iob XII: *apud ipsum scientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam*. Sed doctores scientiam participant ad copiam. Unde de superioribus rigari dicuntur, Eccli. XXIV: *rigabo hortum plantationum, et inebriabo prati mei fructum*. Sed auditores eam participant ad sufficientiam, et hoc significat terrae satietas, Psal.: *satiabor cum apparuerit gloria tua*.

Tertio, quantum ad virtutem communicandi: quia Deus propria virtute sapientiam communicat. Unde per seipsum montes rigare dicitur. Sed doctores sapientiam non communicant nisi per ministerium. Unde fructus montium non ipsis, sed divinis operibus tribuitur. *De fructu*, inquit, *operum tuorum* I Cor. III: *quid igitur est Paulus?* Et infra: *ministri eius cui credidistis*. Sed *ad haec quis tam idoneus?* II Cor. II. Requirit enim Deus: ministros innocentes, Psal.: *ambulans in via immaculata, hic mihi ministravit*, intelligentes, Prov. XIV: *acceptus est regi minister intelligens*, ferventes, Psal.: *qui facis Angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem*, item, obedientes, Psal.: *ministri eius qui faciunt voluntatem eius*.

Sed quamvis aliquis per se, ex seipso, non sit sufficiens ad tantum ministerium, sufficientiam tamen potest a Deo sperare, II Cor. III: *non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est*. Debet autem petere a Deo, Iac. I: *si quis indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei*. Oremus. Nobis Christus concedat. Amen.



AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

**São Tomás de Aquino
Princípio ‘Regas os montes’.**

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Prólogo

O Rei dos céus e Senhor instituiu desde a eternidade esta lei segundo a qual os dons de sua providência chegam às realidades inferiores pelas intermediárias. Por isso Dionísio diz no quinto capítulo de *Ecclesiasticae hierarchiae* “a lei da divindade é santíssima, pois, por meio das realidades superiores, as inferiores são levadas à sua luz diviníssima”¹. Esta lei, pois, não se encontra só nos seres espirituais, mas também nas corporais. Por isso diz Agostinho em *De Trinitate* III: “assim como as realidades mais rudes e ínfimas são regidas por alguma ordem das mais sutis e poderosas, assim também todos os corpos são regidos pelo espírito da vida racional”². E, por isso, o Senhor propôs no *Salmo* a supracitada lei na comunicação da sabedoria espiritual, considerada sob uma metáfora³ relacionada com as coisas corporais: *regas os montes*, etc⁴.

Vemos, pois, com os sentidos, as águas caírem das nuvens mais altas e os montes, regados por elas, produzirem rios e a terra, ser fecundada, saciada por elas. De modo semelhante, da excelsa sabedoria divina são regadas as mentes dos doutores, representados pelos montes, por cujo ministério leva-se a luz da

¹ DIONÍSIO AREOPAGITA, *De Ecclesiastica hierarchiae*, c. 5, 4 [SC 58 bis, 1001].

² SANTO AGOSTINHO, *De Trinitate*, III, 4 [CCL 50, 135-136]

³ Em Tomás a *metáfora* é uma analogia de proporcionalidade. A analogia é a comparação por proporção [SThI,13,a5,c]. Diz-se que um termo se predica analogicamente se o nome segundo um significado aceito é posto na definição do mesmo nome com outro significado [SThI,13,a10,c]. Por isso, análogo se diz de algo que comumente se aplica a muitos [In I Sent.22,1,3,ad2]. A analogia pode ser *de proporcionalidade* ou de *atribuição*. A analogia de proporcionalidade dá-se quando um termo é predicado proporcionalmente de vários sujeitos à proporção que lhes convém. A analogia de proporcionalidade é própria ou imprópria. É própria quando, por exemplo, um termo designa uma perfeição encontrada em diversos sujeitos, mas segundo sua proporção própria como ‘vida’ dita da flor, do homem e de Deus. É imprópria ou metafórica quando, por exemplo, um termo usado é o mesmo para diversos sujeitos, mas designa impropriamente a perfeição de cada um dos diversos os sujeitos como ‘cão’ dito do animal, da constelação e do homem. Ver: MONDIN, B. *Dizionario enciclopédico del pensiero di San Tommaso d’Aquino*. Bologna: Edizioni Studio Domenicano, 2000, *verb.* ‘analogia’, 36-42.

⁴ Sl 104 (103), 13: “De tuas altas moradas regas os montes” [Bíblia de Jerusalém. Nova edição revista e aumentada. São Paulo: Paulus, 2002]



sabedoria divina à mente dos seus ouvintes. Assim, pois, podemos considerar no texto proposto, quatro coisas, a saber: a elevação da doutrina espiritual; a dignidade de seus doutores; a condição dos seus ouvintes e a ordem de sua comunicação.

Capítulo 1 A elevação da doutrina espiritual

Esta altura é indicada por isto que se diz: *de suas alturas*. E na Glossa: “Dos mais altos arcanos”⁵. A doutrina sagrada tem esta elevação por três motivos. Primeiro, por sua origem, porque ela é esta sabedoria que vem do alto, como adverte Tiago⁶ e no *Edesiástica*: “A fonte da sabedoria é a palavra de Deus nos céus”⁷. Segundo, por causa da sutileza do tema, conforme se lê em *Edesiástica*: “Eu habitei nas alturas”⁸. Há, pois, algumas verdades elevadas da divina Sabedoria que todos alcançam, ainda que imperfeitamente, porque como diz Damasceno: “o conhecimento da existência de Deus é naturalmente infuso em todos”⁹ e, com relação a isso, diz Jó: “Todos os homens o vêem, mas cada um o vê de longe”¹⁰.

Outras verdades são mais excelsas e somente alcançadas pela inteligência dos sábios, guiados somente pela razão, acerca dos quais se diz em *Rm* 1: “o que se pode conhecer de Deus é manifesto entre eles”¹¹. Outras verdades são altíssimas e transcendem toda a razão humana e, com respeito a isso diz *Já*: “a sabedoria está oculta aos olhos de todos os viventes”¹² e no *Salma*: “vestiu-se de trevas como um véu”¹³.

Mas estes santos doutores, instruídos pelo Espírito Santo, que “também sonda a profundidade de Deus”¹⁴, foram conduzidos no texto da Sagrada Escritura; e estas verdades são elevadíssimas, nas quais se diz habitar esta sabedoria. Terceiro, pelo fim sublime: pois ela tem o fim altíssimo, a saber, a vida eterna, como se lê em *Jo* 20: “Esses, porém, foram escritos para credes que Jesus é o Cristo, o Filho de Deus, e para que, crendo, tenhais vida em seu

⁵ PEDRO LOMBARDO, *Glossa in Psalmos* [PL 191, 934].

⁶ *Tg* 1, 17.

⁷ *Edo* 1, 5.

⁸ *Edo* 24, 7. [Na *Bíblia de Jerusalém*, op. cit. 2002: “Armei a minha tenda nas alturas”]

⁹ SÃO JOÃO DAMASCENO, *De fide orthodoxa*, I, 1 e 3 [PG 94, 789 e 793].

¹⁰ *Já* 36, 25. [*Op. cit.* 2002: “Todos os homens as contemplam, admiram-nas de longe os mortais”].

¹¹ *Rm* 1, 19.

¹² *Já* 28, 21.

¹³ *Sl* 18 (17), 12.

¹⁴ 1 *Cor*, 2, 10.



nome”¹⁵. E afirma Cl 3: “procurais as coisas do alto, onde Cristo está sentado à direita de Deus. Pensais nas coisas do alto, e não nas da terra”¹⁶.

Capítulo 2 A dignidade dos doutores

Com efeito, por razão da superioridade desta doutrina a dignidade é requerida em seus doutores; por isso, são representados pelos montes, quando se diz: *regas os montes*; e isso por três razões, a saber: primeiro, por causa da altitude dos montes, pois são elevados acima da terra e vizinhos ao céu. Assim, os santos doutores, desprezando as coisas da terra aspirem só às celestes, como em *Filipenses* III: “porém nossa morada está no céu”¹⁷, onde se diz acerca do próprio doutor dos doutores, a saber, Cristo, em *Isaías* 2: “Ele será estabelecido no mais alto das montanhas e todos os povos irão a Ele”¹⁸.

Segundo, por causa do esplendor. Os montes são, pois, os primeiros a serem iluminados pelos raios. E, de modo semelhante, os santos doutores são os primeiros a receberem o esplendor da inteligência. Assim, pois, como os montes, os doutores são os primeiros a serem iluminados pelo raio de luz da divina sabedoria, como se lê no Salmo: “Tu iluminas maravilhosamente desde os montes eternos e todos os insensatos de coração são precipitados na confusão”¹⁹; e isto é o que ocorre com os doutores que são partícipes da eternidade, como se nota em *Filipenses*, 2: “entre os quais brilhais como lamparinas no mundo”²⁰.

Terceiro, por causa da defesa dos montes, porque pelos montes se defende a terra do ataque dos inimigos. Assim também na defesa da fé os doutores da Igreja devem ser contra os erros. Os filhos de Israel não confiavam nem em lanças e flechas, mas nos montes que os defendiam. E por isso foram advertidos, como se lê em *Ezequiel*, 13: “não vos elevastes contra o adversário nem vos opusestes como muralha para a casa de Israel, para suportar na batalha no dia do Senhor”²¹.

Portanto, todos os doutores da Sagrada Escritura devem elevar-se pela eminência de suas vidas, para que sejam idôneos para pregar de modo eficaz; porque, como diz Gregório na *Pastoral*: “aquele cuja vida se desprezada, desprezará necessariamente sua pregação”²². Diz-se em *Eclesiastes* 12: “As

¹⁵ Jo 20, 31.

¹⁶ Cl 3, 1-2.

¹⁷ Fl 3, 20.

¹⁸ Is 2, 2.

¹⁹ Sl 76 (75), 4.

²⁰ Fl 2, 15.

²¹ Ez 13, 5.

²² SÃO GREGÓRIO MAGNO, *Pastoral* I, 12 [PL 76, 1119]



palavras dos sábios são como cravos profundamente cravados”²³. Não se pode, pois, o coração ser formado e estimulado no temor de Deus, a não ser pela admiração de uma vida sublime.

Todos devem ser iluminados para que aprendam e ensinem idoneamente, como se adverte em *Efésios*, 3: “a mim, porém, o menor de todos os santos, foi dada esta graça de anunciar entre os gentios as riquezas incompreensíveis de Cristo e de manifestar a todos a comunicação do mistério escondido, desde os princípios dos séculos em Deus”²⁴. Devem estar preparados, para que, disputando, refutem os erros, como adverte *Lucas* 21: “eu vos darei eloquência e sabedoria, às quais nenhum de vossos adversários poderá resistir, nem contradizer”²⁵. E acerca destes três ofícios, a saber, pregar, ensinar e disputar, diz-se em *Tito* 1: “para que seja capaz de exortar”, quanto à pregação, “ensinar a sã doutrina”, com relação ao ensino e “refutar os que a contradizem”, com respeito à disputa²⁶.

Capítulo 3 A condição dos ouvintes

Terceiro, a condição dos ouvintes, que é figurada sob a semelhança da terra, onde diz: *a terra será saciada*. E isto porque a terra está abaixo, como se lê em *Provérbios* 25: “O céu no alto e a terra no baixo”²⁷. Ela é estável e firme, como se lê em *Eclesiastes*, 1: “porém a terra permanece sempre estável”²⁸. Ela é fecunda, como se lê em *Gênesis*, 1: “germine a terra ervas que produzam sementes e árvores que produzam frutos segundo sua espécie”²⁹. Do mesmo modo, os ouvintes devem assemelhar-se a terra, ser inferiores pela humildade, como em *Provérbios*, 11: “onde há humildade, aí há sabedoria”³⁰. Igualmente, devem ser firmes pela retidão do julgamento, como em *Efésios*, 4: “assim não seremos mais crianças, joguete das ondas, agitados por todo vento de doutrina”³¹. Também fecundos, para que frutifiquem neles as palavras de sabedoria recebidas, como em *Lucas* 8: “O que está em terra boa são os que, tendo ouvido a Palavra como o coração nobre e generoso, conservam-na e produzem fruto pela perseverança”³².

²³ *Ed* 12, 11.

²⁴ *Ef* 3, 8-9.

²⁵ *Lc* 21, 15.

²⁶ *Tt* 1, 9.

²⁷ *Pr* 25, 3.

²⁸ *Ed* 1, 4.

²⁹ *Gn* 1, 11.

³⁰ *Pr* 11, 2.

³¹ *Ef* 4, 14.

³² *Lc* 8, 15.



A humildade é, portanto, neles requerida quanto à aprendizagem que é pelo que se ouve, como em *Eclesiástico* 6: “Se gostares de ouvir, aprenderás; se deres ouvido, será sábio”³³. Mas se requer também a retidão do julgamento, quanto ao juízo das coisas ouvidas, como se lê em *Jó* 12: “Não distingue o ouvido as palavras?”³⁴. Mas também é requerida a fecundidade para a descoberta, pela qual o bom ouvinte anuncia muitas coisas das poucas que ouviu, como em *Provérbios* 9: “dá ao sábio, e ele se tornará mais sábio”³⁵.

Capítulo 4 A ordem de sua comunicação

A ordem, porém, da geração que se indica aqui com relação as três, a saber, quanto à ordem da comunicação, quanto à quantidade e quanto à qualidade dos dons recebidos. Primeiro, quando à ordem da comunicação: porque a mente dos doutores não pode compreender tudo o que está contido na divina sabedoria. Por isso não diz: influencia desde os montes os superiores, mas: regas desde os superiores; *Jó* 26: “eis que estas são apenas partes”³⁶. Também, do mesmo modo, nem tudo o que os doutores compreendem, instruem seus aos ouvintes, como em *2 Coríntios* 12: “ouviu palavras infáveis, que não é lícito ao homem repetir”³⁷. Daí não haver dito: levando os frutos das terras dos montes, mas: *a terra saciará de frutos*. E isso é o que diz Gregório em *Moralia* 17³⁸, “o doutor não deve pregar aos rudes tudo quanto conhece, pois ele mesmo não é capaz de conhecer tudo quanto se refere aos mistérios divinos” ao expor o que diz *Jó* 26: “Ele prende as águas nas nuvens, sem que estas se rasguem com seu peso”.

Segundo, refere-se à ordem quando ao modo de possuir: pois Deus tem a sabedoria por natureza. Por isso, dizem ser-lhe naturais as coisas superiores, como em *Jó* 12: “Em Deus residem a ciência e a fortaleza; Ele possui o conselho e a inteligência”³⁹. Ora, os doutores participam em abundância desta ciência. Por isso, dizem ser regados pelas superiores, como se lê em *Eclesiástico*, 24: “Irigarei o meu jardim, e regarei os meus canteiros”⁴⁰. Ora, os ouvintes participam dela de modo suficiente e é isto que significa a saciedade da terra, como se lê no *Salmo* 17 (16): “eu me saciarei com a tua imagem”⁴¹.

³³ *Edo* 6, 33.

³⁴ *Jó* 12, 11.

³⁵ *Pr* 9, 9.

³⁶ *Jó* 26, 14.

³⁷ *2 Car* 12, 4.

³⁸ SÃO GREGÓRIO MAGNO, *Moralia*, XVII, 26 [CCL 143 A, 873]

³⁹ *Jó* 12, 13.

⁴⁰ *Edo* 24, 42.

⁴¹ *SI* 17 (16), 15.



Terceiro, quanto à capacidade de comunicar: pois Deus comunica a sabedoria por sua própria virtude. Por isso diz-se que por si mesmo rega os montes. Ora, os doutores não comunicam a sabedoria a não ser pelo ministério. Daí que os frutos dos montes não lhes são atribuídos, mas às obras divinas. O Salmo diz com o fruto de tuas obras. E em 1 *Cor* 3: “Quem é Paulo?” e mais adiante: “ministros seus em quem acreditastes”⁴². Mas diz em 2 *Cor* 2: “quem é tão idôneo para isto?”⁴³. Deus, com efeito, exige ministros inocentes, como se lê no *Salmo* 101 (100): “caminha num caminho imaculado, este será meu ministro”⁴⁴, inteligentes, como se lê em *Provérbios* 14: “um ministro inteligente é aceito pelo rei”⁴⁵ e fervorosos, como se lê no *Salmo* 104 (103): “quem faz dos teus anjos espíritos, e de teus ministros um fogo abrasador”⁴⁶ e, ainda, obedientes, como se lê no *Salmo* 103 (102): “seus ministros que fazem a sua vontade”⁴⁷.

Mas ainda que alguém não seja suficiente, por si mesmo, por sua própria capacidade, para um tal ministério, pode todavia esperar tal suficiência de Deus, como se lê em 2 *Cor* 2: “Não como se fôssemos dotados de capacidade que pudéssemos atribuir a nós mesmos, mas é de Deus que vem a nossa capacidade”⁴⁸. Deve, porém, pedi-la a Deus, como se lê em *Tiago*, 1: “Se alguém dentre vós tem falta de sabedoria, peça-a a Deus, que a concede generosamente a todos, sem recriminações e ela ser-lhe-á dada”⁴⁹. Oremos. Para que Cristo conceda-nos a sabedoria. Amem.

⁴² 1 *Cor* 3, 4-5.

⁴³ 2 *Cor* 2, 16.

⁴⁴ *Sl* 101 (100), 8.

⁴⁵ *Pr* 14, 35.

⁴⁶ *Sl* 104 (103), 4.

⁴⁷ *Sl* 103 (102), 21.

⁴⁸ 2 *Cor* 3, 5.

⁴⁹ *Tg* 1, 5.